



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Ideo qui se existimat stare, videat ne cadat?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

I. EPISTOLA AD

liter ad hoc ordinatæ sunt, ut sint commo-
nes factio[n]es de iusticia & ira Dei, postea
etiam sunt ad hoc ordinatæ, ut proficiat
pacem inter homines.

Hoc igitur uult dicere Paulus: Illæ
pœnæ, quas recitat historia, fuerunt figuræ
significantes Deum uerè irasci similibus
peccatis in Ecclesia omnibus temporibus,
& æternas pœnas secuturas esse, nisi sit
conuersio, sicut uniuersaliter docet vox
diuina, corporales pœnas esse commone-
factio[n]es de Pœnitentia, ut insrā Paulus
inquit: Cum iudicamur, à Domino
corripimur, ne cum hoc mundo
damnemur. Item, Vexatio dat in-
tellectum.

Ὥσπεδοκῶρεσάναι, Βλεπέτω
μὴ πέσῃ.

*Ideo qui se existimat stare,
videat ne cadat.*

Admonitio utilis est, in qua primum
hoc considerandum est, renatos polli-
labi, & amittere gratiam & Spiritum fan-
ctum, ut manifeste inquit Christus in pa-
rabola Matth: 12. Et exempla manife-
sunt, Adam, Aaron, Saul, David, & aliqui

resipiscunt, ut Adam, Aaron, Dauid, aliqui
sine pœnitentia perseuerant in suis furori-
bus, & ruunt in æternum exitium.

Tumultuantur autem de hac quæsti-
one Anabaptistæ multis modis. Aliqui
negant electos labi posse. Aliqui negant
eos effundere Spiritum sanctum, etiam si
labantur. Aliqui dicunt Saulem et alios non
electos, nunquam habere ueram fidem.

Sed his omnibus opponamus hoc
commune dictum Pauli: Qui stat, uides
at ne cadat. Electos posse labi & amit-
tere Gratiam & Spiritum sanctum, testan-
tur tristissima exempla Adæ & Aaronis,
de quo dicitur Deut: 9. capite: Aduersus
Aaron ualde iratus est Dominus, & uolu-
it conterere eum. Et sunt ualde multi plu-
rimorum Sanctorum tristes & atroces la-
pus, ut Dauidis, Salomonis, Petri & alio-
rum, ex quibus tamen reuocati per Pœ-
nitentiam fide eriguntur, & rursus donan-
tur Gratia & Spíritu sancto, & fiunt hære-
des uitæ æternæ.

Et Christus sciens ingentem imbecil-
litatem hominum, iubet remittere Septua-
gies septies, Matth. 18.

Itaq; explodendi sunt errores Catha-
G 2 torum,

I. EPISTOLA AD

rorum, & non sunt extenuandi sanctorum
lapsus, Sed potius doctrina tota de peni-
tentia cognoscenda & exercenda est.

Quod autem in aliquibus, qui initia
fidei habuerunt, & postea lapsi non rede-
unt, fides illa, priusquam excutitur, uen-
sit, dictum Petri testatur 2. Pet: 2. Ille-
bris capiunt eos, qui uerē effugerant, ποιη-
σάντως ἀποφυγόντας. Item, Cum enim
hi, qui effugerant contaminationes mun-
di in agnitione Domini & seruatoris Iesu
Christi, rursus h̄isdem implicati succum-
bunt, fiunt eis postrema deteriora priori-
bus.

Et Matth: 12. Dominus expresse di-
cit, expulsum fuisse immundum Spiritum,
& domum purgatam & ornatam. Hac
de uere iustificato dici, non dubium est, Et
Saul uerē iustus fuit, quia Textus dicit:
Spiritus Domini recessit a Saul. Ne-
tales dicerentur lapsi, si nunquam iustifi-
sissent. Hac breui admonitione hoc loco
contenti simus.

πειρασμός ἐμάς δύκείληφει, εἰ μή
δινθρώπινος.

Tentatio vos non apprehen-
dit, nisi humana.

AN

